ORDO OFFICII DIVINI

RECITANDI SACRIQUE PERAGENDI

IN USUM

ARCHIDIOECESIS GNESNENSIS

NECNON

ALMAE BASILICAE PRIMATIALIS

PRO ANNO DOMINI

1960

BISSEXTILI



ORDO
OFFICII DIVINI

RECITANDI SACRIQUE PERAGENDI

IN USUM

ARCHIDIOECESIS GNESNENSIS

NECNON

ALMAE BASILICAE PRIMATIALIS

PRO ANNO DOMINI

1960

BISSEXTILI





Kart., Wrocław — D/1046-7-59, 950 (L-10)

IUSSU ET AUCTORITATE EMINENTISSIMI

DOMINI DOMINI

S. R. E. TIT. S. MARIAE TRANS TIBERIM

PRESBYTERI CARDINALIS

STEPHANI WYSZYŃSKI

DEI MISERATIONE

ET

S. SEDIS APOSTOLICAE GRATIA

ARCHIEPISCOPI-METROPOLITAE

GNESNENSIS ET VARSAVIENSIS

LEGATI NATI, PRIMATIS POLONIAE, ETC. ETC.

TABULA TEMPORARIA PRO ANNO DOMINI 1960

Littera Dominicalis	c b
Littera Martyrologii	b
Aureus numerus	4
Epacta	I
Indictio romana	13
Dominicae post Epiphaniam	5
Dominicae post Pentecosten	24

Festa mobilia.

Ssmi Nominis Iesu	3 Ian
Sanctae Familiae.	10 „
Dominica Septuagesimae	14 Febr
Dies Cinerum	2 Mart
Septem Dolorum B M V	8 Apr
Pascha Resurrectionis	17 „
Ascensio Domini	26 Maii
Dominica Pentecostes	5 Iun
Festum Ssmae Trinitatis	12 „
Ssmi Corporis Christi	16 „
Ssmi Cordis Iesu	24 „
D N I C Regis	30 Oct
Dominica I Adventus	27 Nov

Dies Rogationum.

23, 24, 25 Maii

Quatuor anni tempora.

Verna	9, 11, 12 Mart
Aestiva	8, 10, 11 Iun
Autumnalia	21, 23, 24 Sept
Hiemalia	14, 16, 17 Dec

Nuptiarum solemnia

Nuptiae solemniter celebrari possunt a die 1 Ianuarii usque ad diem 1 Martii, a die 18 Aprilis usque ad diem 26 Novembris et a die 26 usque ad diem 31 Decembris inclusive.

ELENCHUS FESTORUM

in quibus animarum rectores praeter dies Dominicos Missam pro fidelibus applicare tenentur.

1. ☨ Circumcisio Domini
2. ☨ Epiphania Domini
3. + Purificatio BMV.
4. + S. Matthiae Apost.
5. + S. Ioseph Conf.
6. + Annuntiatio BMV.
7. ☨ Feria II post Pascha
8. + Feria III post Pascha
9. + Inventio S. Crucis.
10. + Ss. Phil. et Iac. App.
11. ☨ Ascensio Domini
12. ☨ Feria II post Pent.
13. + Feria III post Pent.
14. ☨ SS. Corporis Christi
15. + Nativ. S. Ioan. Bapt.
16. ☨ Ss. Petri et Pauli App.
17. + S. Iacobi Apost.
18. + S. Annae, Matris BMV.
19. + S. Laurentii Mart.
20. ☨ Assumptio BMV.
21. + S. Bartholomaei Ap.
22. + Nativitas BMV.
23. + S. Matthaei Ap. et Ev.
24. + Ded. S. Michaëlis Arch.
25. + Ss. Sim. et Iud. App.
26. ☨ Omnium Sanctorum
27. + S. Andreae Apost.
28. ☨ Conc. Imm. BMV.
29. + S. Thomae Apost.
30. ☨ Nativitas Domini
31. ☨ S. Stephani Protom.
32. + S. Ioannis Ap. et Ev.
33. + Ss. Innocentium MM.
34. + S. Silvestri PC.

Animarum rectores Missam pro fidelibus applicare tenentur etiam in Festis Patronorum principalium et in aliis Festis suppressis, quae respectivo in loco, vel ex iure vel ex indulto, olim sub utroque praecepto celebrabantur.

SACRA RITUUM CONGREGATIO

DECRETUM GENERALE
DE RUBRICIS AD SIMPLICIOREM FORMAM REDIGENDIS

(Acta Ap. Sedis, 47 (1955) 218 — 224)

Cum nostra hac aetate sacerdotes, praesertim illi qui curam animarum gerunt, variis novisque in dies apostolatus officiis onerentur, ita ut divini officii recitationi ea qua oportet animi tranquillitate vix attendere possint, nonnulli locorum Ordinarii enixas preces S. Sedi detulerunt, ut huiusmodi difficultati amovendae benigne provideret, ac saltem rubricarum instructum ad simpliciorem redigeretur formam.

Summus Pontifex Pius PP. XII, pro Sua pastorali cura et solicitudine, rem hanc examinandam commisit peculiari virorum peritorum Commissioni, quibus studia de generali liturgica instauratione demandata sunt; hi autem rebus omnibus accurate perpensis, in consilium venerunt vigentes rubricas ad expeditiores normas esse reducendas, ita tamen ut in usum trahi possint, servatis interim libris liturgicis prouti exstant, donec aliter provisum fuerit.

Quibus omnibus Ssmo Domino Nostro ab E-mo D. Cardinali S.R.C. Praefecto per singula relatis, Sanctitas Sua sequentem rubricarum dispositionem approbare dignata est eamque vulgari mandavit, ita tamen ut quae praesenti Decreto statuuntur vim obtineant kalendis Ianuariis anni 1956.

Caveant interim Pontificii librorum liturgicorum Editores, ut in novis editionibus Breviarii et Missalis romani forte disponendis, ne quid prorsus innovetur.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus S. R. Congregationis, die 23 mensis Martii anni 1955.

L. S.

C. Card. Cicognani, Praefectus
✠ A. Carinci, Archiep. Seleuc.,
Secretarius

DE RUBRICIS AD SIMPLICIOREM FORMAM REDIGENDIS

Tit. I — Normae Generales

1. Ordinationes quae sequuntur ritum romanum respiciunt; quae hic expresse non nominantur, immutata censentur.

2. Nomine calendarii veniunt cum calendarium in usum universae Ecclesiae, tum calendaria particularia.

3. Normae quae sequentur servandae sunt in recitatione sive publica sive privata divini officii, nisi aliter expresse caveatur.

4. Indulta particularia quaelibet et consuetudines etiam speciali mentione dignae quae his ordinationibus obstant, expresse revocata censentur.

Tit. II — Variationes in calendario

1. Gradus et ritus semiduplex supprimitur.

2. Dies liturgici, qui nunc sub ritu semiduplici calendariis inscripti sunt, sub ritu simplici celebrantur, excepta vigilia Pentecostes quae ad ritum duplicem elevatur.

a) De dominicis

3. Dominicae Adventus et Quadragesimae et aliae usque ad dominicam in Albis necnon et dominica Pentecostes celebrantur ritu duplici I classis et festis quibuslibet praeferuntur tam in occurrentia quam in concurrentia.

4. Quando in dominicis 2ª, 3ª, 4ª Adventus festa I classis occurrerint permittuntur Missae de festo, excepta conventuali.

5. Dominicae hucusque sub ritu semiduplici celebratae, ad ritum duplicem elevantur; antiphonae tamen interim non duplicantur.

6. Officium et Missa dominicae impeditae, nec anticipantur, nec resumuntur.

7. Si in dominicis per annum occurrerit festum cuiusvis tituli vel mysterii Domini, festum ipsum locum tenet dominicae, de qua fit tantum commemoratio.

b) De vigiliis

8. Vigiliae privilegiatae sunt: vigilia Nativitatis Domini et vigilia Pentecostes.

9. Vigiliae communes sunt: vigilia festorum Ascensionis Domini, Assumptionis B.M.V., S. Ioannis Baptistae, Ss. Petri et Pauli, S. Laurentii. Omnes aliae vigiliae, etiam quae calendariis particularibus sunt inscriptae, supprimuntur.

10. Vigiliae communes, in dominica occurrentes, non anticipantur, sed omittuntur.

c) De octavis

11. Celebrantur tantum octavae Nativitatis Domini, Paschatis et Pentecostes, suppressis omnibus aliis, sive in calendario universali, sive in calendariis particularibus occurrentibus.

12. Dies infra octavas Paschatis et Pentecostes elevantur ad ritum duplicem, festis quibuslibet praeferuntur et non admittunt commemorationes.

13. Dies infra octavam Nativitatis Domini, quamvis eleventur ad ritum duplicem, celebrantur prouti nunc.

14. Diebus a 2 ad 5 Ianuarii, nisi occurat aliquod festum, fit de feria currenti, ritu simplici. In officio antiphonae et psalmi ad omnes Horas et versus nocturni de currenti hebdomadae die, ut in psalterio; reliqua ut die 1a Ianuarii, praeter lectiones, quae dicuntur de Scriptura occurrenti, cum suis responsoriis, et dicitur Te Deum. Conclusio hymnorum et versus in responsorio brevi ad Primam dicuntur ut in Nativitate Domini. Missa dicitur ut die 1a Ianuarii, sine Credo, et sine Communicantes proprio.

Prohibentur Missae lectae tam votivae quam cotidianae defunctorum.

15. Dies a 7 ad 12 Ianuarii, suppressa octava Epiphaniae, fiunt feriae per annum (ritu simplici). In officio antiphonae et psalmi ad omnes Horas et versus nocturni de currenti hebdomadae die, ut in psalterio; reliqua ut in festo Epiphaniae, praeter lectiones, quae dicuntur de Scriptura occurrenti, cum suis responsoriis, et dicitur Te Deum. Conclusio hymnorum et versiculus ad Primam, de Epiphania. Missa de Epiphania, sine Credo et sine Communicantes proprio.

Prohibentur Missae lectae tam votivae, quam cotidianae defunctorum.

16. Die 13 Ianuarii fit commemoratio Baptismatis D.N. Iesu Christi sub ritu duplici maiore; officium et Missa dicuntur uti nunc sunt in octava Epiphaniae.

Si vero commemoratio Baptismatis D.N. Iesu Christi occurrerit in dominica, tunc fit de festo S. Familiae, sine ulla commemoratione. In sabbato praecedenti ponitur initium Epistolae primae ad Corinthios.

17. Dies a festo Ascensionis Domini usque ad vigiliam Pentecostes exclusive fiunt feriae tempore paschali (ritu simplici). In officio antiphonae et psalmi ad omnes Horas et versus nocturni dicuntur de currenti hebdomadae die, ut in psalterio;

reliqua ut in festo Ascensionis Domini, praeter lectiones, quae dicuntur de Scriptura occurrenti, cum suis responsoriis. Conclusio hymnorum et versus ad Primam dicuntur de festo Ascensionis; Missa de eodem festo sine Credo, et sine Communicantes proprio.

Prohibentur Missae lectae tam votivae, quam cotidianae defunctorum.

In vigilia Pentecostes nihil innovetur.

18. Dies octavae suppressae Corporis Christi et octavae item suppressae Ss. Cordis Iesu, fiunt feriae per annum.

19. In dominicis olim infra has octavas Ascensionis, Corporis Christi et Ss. Cordis Iesu, officium dicitur prouti nunc.

d) De festis sanctorum

20. Festa sanctorum, hucusque sub ritu semiduplici celebrata, habentur tamquam festa simplicia.

21. Festa sanctorum, hucusque sub ritu simplici celebrata, reducuntur ad commemorationem, sine lectione historica.

22. In feriis Quadragesimae et Passionis, a feria IV Cinerum usque ad sabbatum ante dominicam Palmarum, quando aliquod festum occurrerit, quod non sit I vel II classis, tam officium (in recitatione privata) quam Missa dici possunt de feria vel de festo.

Tit. III — De commemorationibus

1. Quae hic de commemorationibus dicuntur, valent tam pro officio, quam pro Missa, cum in occurrentia, tum in concurrentia.

2. Commemorationes numquam omittendae et praecedentiam absolutam habentes, sunt :

a) de quavis dominica;
b) de festo I classis;
c) de feriis Quadragesimae et Adventus;

d) de feriis et sabbato Quattuor Temporum Septembris;

e) de Litaniis maioribus.

3. Aliae commemorationes forte occurentes ita admittuntur, ut numerum ternarium orationum non excedant.

4. Praeter et post commemorationes sub n. 2 recensitas ratio commemorationum haec est:

a) In dominicis I classis, in festis I classis, in feriis et vigiliis privilegiatis, et insuper in Missa in cantu vel votivis solemnibus, nulla admittitur commemoratio.

b) In festis II classis, et in ceteris dominicis una tantum admittitur commemoratio.

c) In omnibus aliis diebus sive festivis, sive ferialibus, duae tantum admittuntur commemorationes.

5. Festa commemorata non amplius gaudent: a) *in officio*, versu proprio in responsorio brevi ad Primam, et doxologia propria in hymnis, exceptis diebus de quibus Tit. II, nn. 14-17; b) *in Missa*, Credo et Praefatione propria.

Tit. IV — Variationes in Breviario

a) De initio et fine Horarum

1. Horae canonicae, tam in publica quam in privata recitatione, omissis, *Pater*, *Ave* et respective *Credo*, inchoantur absolute, hoc modo:

Matutinum: a versu *Domine, labia mea aperies*.

Laudes, Horae minores et Vesperae: a versu *Deus, in adiutorium*.

Completorium: a versu *Iube, domne, benedicere*.

2. In officio tridui sacri et in officio defunctorum omnes Horae, omissis *Pater*, *Ave* et respective *Credo*, incipiunt ut in Breviario notatur.

3. Item Horae canonicae tam in publica quam in privata recitatione, absolvuntur hoc modo:

Matutinum (in recitatione privata), Laudes, Tertia, Sexta, Nona et Vesperae: versu Fidelium animae.

Prima: benedictione Dominus nos benedicat.

Completorium: benedictione Benedicat et custodiat.

b) De conclusione officii

4. Cursus cotidianus divini officii concluditur post Completorium, sueta antiphona B.M.V., cum versiculo Divinum auxilium.

Indultum et indulgentiae, pro recitatione orationis Sacrosanctae concessa, eidem antiphonae finali adnectuntur.

c) De quibusdam partibus in officio

5. Hymni proprii quorundam sanctorum certis Horis assignati non transferuntur. In hymno Iste confessor numquam mutatur tertius versus, qui erit semper: Meruit supremos laudis honores.

6. Antiphonae ad Magnificat feriarum tempore Septuagesimae forte praetermissae non resumuntur.

7. Preces feriales dicuntur tantum in Vesperis et in Laudibus officii feriarum IV et VI tempore Adventus, Quadragesimae et Passionis, necnon feriarum IV et VI, et sabbati Quattuor Temporum, excepta octava Pentecostes, quando officium fit de feria.

8. Omnes aliae preces omittuntur.

9. Suffragium sanctorum et commemoratio de Cruce omittuntur.

10. Symbolum Athanasianum recitatur in festo Ss. Trinitatis tantum.

d) De aliis variationibus

11. Primae vesperae (sive integrae, sive a capitulo sive per modum commemorationis) competunt solummodo festis I et II classis, et dominicis.

12. Ad singulas partes officii quod attinet haec serventur:

a) in dominicis et festis I classis nihil innovatur.

b) In festis II classis et in festis duplicibus Domini et B.M.V., ad Matutinum, Laudes et Vesperas fit ut in proprio et in communi; ad Horas minores ut in Psalterio de feria currenti et proprio loco; ad Completorium de dominica.

c) In ceteris festis, vigiliis vel feriis, per omnes Horas fit ut in psalterio et proprio loco, nisi in Matutino, Laudibus et Vesperis antiphonae et psalmi specialiter assignati habeantur.

13. Lectiones de Scriptura occurrenti una cum suis responsoriis, si die assignato dici nequeant, omittuntur, etiam si agatur de »initiis« librorum.

14. In festo sanctorum lectiones I nocturni, si propriae assignatae non habeantur, sumuntur de Scriptura occurrenti: his deficientibus, sumuntur de communi.

Tit. V — Variationes in Missali

1. Orationes pro diversitate temporum assignatae abolentur.

2. In Missis votivis defunctorum, si in cantu celebrentur, unica dicitur oratio; si sine cantu, dici possunt tres orationes.

3. Oratio Fidelium hucusque praescripta prima feria libera cuiusvis mensis vel feria II cuiusvis hebdomadae, aboletur. In choro, his feriis, Missa conventualis dicitur iuxta rubricas.

4. Collectae ab Ordinario simpliciter imperatae, omittuntur iuxta rubricas hucusque vigentes, et insuper in omnibus dominicis ac quoties Missa in cantu

celebretur; denique quando orationes, iuxta rubricas dicendae, numerum ternarium attigerint.

b) De quibusdam aliis variationibus

5. In feriis per annum si commemoratio alicuius sancti fieri debeat Missa dici potest, ad libitum celebrantis, vel de feria vel, more festivo, de sancto commemorato.

6. In Missis defunctorum sequentia Dies irae omitti potest, nisi agatur de Missa in die obitus seu depositionis praesente cadavere, vel etiam absente ob rationabilem causam, et de die Commemorationis omnium fidelium defunctorum. Hoc autem die sequentia semel tantum dici debet, scilicet in Missa principali, secus in prima Missa.

7. Credo dicitur dumtaxat in dominicis et festis I classis, in festis Domini et B. Mariae Virg., in festis nataliciis Apostolorum et Evangelistarum, et Doctorum universae Ecclesiae, et in Missis votivis sollemnibus in cantu celebratis.

8. Praefatio dicitur quae cuique Missae propria est; qua deficiente, dicitur praefatio de tempore, secus communis.

9. In quavis Missa pro ultimo Evangelio sumitur semper initium Evangelii secundum Ioannem, excepta tertia Missa Nativitatis Domini et Missa Dominicae Palmarum.

SACRA RITUUM CONGREGATIO

DUBIA

CIRCA INTERPRETATIONEM DECRETI S.R.C. DIEI 23 MARTII 1955 „DE RUBRICIS AD SIMPLICIOREM FORMAM REDIGENDIS"

(Acta Ap. Sedis, 47 [1955] 418 - 419)

Edito Decreto generali „De Rubricis ad simpliciorem formam redigendis" diei 23 Martii 1955, ad Sacram Rituum Congregationem pro opportuna solutione insequentia dubia delata sunt; nimirum:

1. Utrum diebus a 2 ad 5 Ianuarii et a 7 ad 12 eiusdem mensis in choro Missa defunctorum celebrari possit?

2. Utrum diebus supressae octavae Epiphaniae, in officio feriali, antiphonae ad Benedictus et ad Magnificat dicendae sint quae singulis diebus infra octavam notantur.

3. In Dominicis olim infra octavas Ascensionis, Corporis Christi et Ss. Cordis Iesu, iuxta tit. II, 19 officium dicitur „prouti nunc." Quaeritur:
a) quinam sit color paramentorum?
b) quaenam dicenda sit praefatio?

4. Utrum numerus commemorationum, de quo tit. III, 4, a, b, c, ita intelligendus sit ut commemorationes admissae semper sint „praeter et post" commemorationes nunquam omittendas?

5. Utrum festa commemorata, iuxta tit. III, 5 adhuc gaudeant in officio lectione IX historica vel evangelica?

6. Utrum festum cuiusvis tituli vel mysterii Domini occurrens in Dominicam acquirat primas Vesperas?

7. Quoad officium S. Mariae in Sabbato, quaeritur: utrum reducatur ad commemorationem.

8. Quaenam antiphona dicenda est ad Vesperas Feriae VI, tempore paschali, quando die sequenti fit de S. Maria vel festo quod caret primis Vesperis?

9. Quoad Missas votivas solemnes quaeritur: utrum maneant rubricae praescribentes earum commemorationem faciendam esse sub unica conclusione cum oratione diei, cum celebrari impediuntur?

10. Utrum, iuxta tit. V, 4, collectae ad Ordinario simpliciter imperatae omittantur quando orationes dicendae numerum ternarium attigerint?

Et Sacra Rituum Congregatio, audita sententia Specialis Commissionis, reque sedulo perpensa respondendum censuit:

Ad I. Negative.

Ad II. Affirmative.

Ad III. In Dominica infra octavam suppressam Ascensionis color paramentorum erit albus, et praefatio Ascensionis; in Dominicis infra octavas suppressas Corporis Christi et Ss. Cordis Iesu, color paramentorum erit viridis, et praefatio de Trinitate.

Ad IV. Negative, iuxta n. 3, tit. III, de ternario orationum numero non excedendo.

Ad V. Negative.

Ad VI. Affirmative, quia tenet locum Dominicae.

Ad VII. Negative.

Ad VIII. Dicenda est antiphona II Vesperarum Dominicae praecedentis.

Ad IX. Affirmative, si oratio praescribatur sub praecepto; Negative, si oratio permittatur dicenda ad libitum. In supplicatione vero XL Horarum, aut occasione expositionum quae forte fiunt per annum, oratio Ssmi Sacramenti semper est dicenda in omnibus Missis, quae celebrantur in altari expositionis tantum.

Ad X. Collectae ab Ordinario simpliciter imperatae omittuntur quando orationes, una cum collectis, numerum ternarium attigerint.

Atque ita rescripsit, declavarit et servari mandavit, die 2 Iunii 1955.

C. Card. CICOGNANI, Praefectus

L. † S.

† A. Carinci, Archiep. Seleuc.
Secretarius

RESPONSA AD DUBIA CIRCA INTERPRETATIONEM DECRETI S.R.C. DIEI 23 MARTII 1955

(Ephem. lit. 70 [1956] 44 - 49; 410 - 412)

Dubia quaedam maioris momenti tantum referimus, quae in conficiendo hoc kalendario prae oculis habita sunt (S.R.C., die 3 nov. 1955).

1. Diebus a die 2 ad 5 et a 7 ad 12 ianuarii, itemque diebus olim infra octavam Ascensionis D., si nullum festum occurrerit, licet, loco Missae de officio currenti, celebrare in cantu, uti conventualem, Missam votivam feriae assignatam, vel occurrente aliqua commemoratione, Missam huic commemorationi conformem (D. IV).

2. Antiphonae propriae festorum (sicut et hymni) certis horis assignatae non transferuntur (D. VII).

3. Vesperae in Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum non celebrantur post I Vesperas in festo Omnium Sanctorum, sed die 2 novembris (D. IX).

4. Festa B. Mariae V. Reginae (dupl. II cl.) et S. Ioseph Opificis (dupl. I cl.) sunt secundaria D. XI-XII).

5. Orationes *ad libitum* iuxta *Addit. et Variat.* (tit. VI, 6 et tit. II, 10) addi possunt (post collectas ab Ordinario imperatas) in Missis ritus simplicis, cauto tamen ne numerus ternarius excedatur (D. XIII).

6. Praefatio Apostolorum non est habenda propria Missae Summorum Pontificum; praefatio Nativitatis D. non est propria festi Corporis Christi et Transfigurationis D.N.I.C. (D. XV).

7. Collectae pro re gravi ab Ordinario loci imperatae omittuntur in dominicis duplicis I classis (D. XVIII).

8. In festis II cl. et in dominicis quae non sunt I cl. una tantum a b s o l u t e admittitur commemoratio (D. VI, nota 3, Ephem. lit. 1956, p. 412).

Ordo servandus in celebrandis Missis Votivis privatis

Missa Votiva	Col.	Missa	Gloria	Orationes	Credo	Praef.	In fine Missae
De SS. Trinitate	Alb.	Propr.	Omitt.	2 diei curr. (4)	Omitt.	Propr.	Bened. Dom.
De Spir. Sancto	Rub.	Propr.	Omitt.	2 diei curr. (4)	Omitt.	Propr.	Bened. Dom.
De SS. Sacram.	Alb.	Propr.	Omitt.	2 diei curr. (4)	Omitt.	Comm. (6)	Bened. Dom.
De Passione	Viol.	Propr.	Omitt.	2 diei curr. (4)	Omitt.	De Cruce	Bened. Dom.
De S. Cruce	Rub.	Propr.	Omitt.	2 diei curr. (4)	Omitt.	De Cruce	Bened. Dom.
De SS. Cor. Iesu	Alb.	Cogitationes	Omitt.	2 diei curr. (4)	Omitt.	Propr.	Bened. Dom.
De B.M.V. (1)	Alb.	Propr.	Omitt. nisi in sabb.	2 diei curr. (4)	Omitt.	Propr.	Id., sed in sabb. Ite, Missa est
De Angelis	Alb.	Propr.	Dicitur	2 diei curr. (4)	Omitt.	Comm. (6)	Ite, Missa est
S. Ioseph Sp.B.M.V	Alb.	Propr.	Omitt.	2 diei curr. (4)	Omitt.	Propr.	Bened. Dom.
De Apostol.	Rub.	Propr.	Omitt.	2 diei curr. (4)	Omitt.	De Apost.	Bened. Dom.
De Sanctis (2)	Ut in eor. festo (2)	Propr. vel de Comm.	Omitt.	2 diei curr. (4)	Omitt.	De Temp. aut Comm. (6)	Bened. Dom.
Pro quac. neces. (7)	Viol.	Propr.	Omitt.	2 diei curr. (4)	Omitt.	Comm. (6)	Bened. Dom.
Pro Sponsis	Alb.	Propr.	Omitt.	2 diei curr. (4)	Omitt.	Comm. (6)	Bened. Dom.
Pro defunct.	Nig.	Ut in Missali	Omitt.	unic. v. pl. iuxta Rub. (5)	Omitt.	Propr.	Requiescant in pace

ADNOTATIONES

1. Dicitur una ex quinque pro diversitate Temporis, v e l de Immaculata, v e l de Septem Doloribus B.M.V. (Feria VI post Dominicam Passionis cum I oratione propria), v e l de Immaculato Corde B.M.V. (die 22 Augusti).

2. De Beatis dici nequit sine speciali indulto.

3. In Missa votiva Ss Innocentium MM. r u b r o colore utendum est.

4. Idest II et III (si adest) de Officio diei. Quoad collectas a l o c i Ordinario imperatas in Missis dicendas cfr. tit. „Oratio imperata".

5. In tribus primis Missis u n a oratio; in Missa quotidiana cantata u n a tantum oratio, secus tres dici possunt: I pro Defuncto (a) aut (is), II ad libitum et III F i d e l i u m: deficiente vel ignorata designatione, I D e u s v e n i a e l a r g i t o r, II ad libitum et III F i d e l i u m.

6. Praefatio dicitur quae cuique Missae propria est; qua deficiente, dicitur de tempore, secus communis (DGRS, tit. V, 8).[1]

7. Vel pro infirmis, pro Fidei Propagatione, etc.

Nota. — In fine legitur semper Evangelium S Ioannis I n p r i n c i p i o, etc.

---

1 Decretum Generale de rubricis ad simpliciorem forman redigendis, S. R. C. die 23 Martii datum, ita citabitur DGRS.

TABULA DE MISSA VOTIVA PRO SPONSIS

<table>
<tr><th>Dies</th><th>Color</th><th>Gloria</th><th>Missa</th><th>Orationes</th><th>Credo</th><th>Praef.</th><th>In fine</th><th>Ult. Evang.</th></tr>
<tr><td>Diebus Dominicis et Fest. de praec. et suppr.</td><td colspan="2" rowspan="7">Ut in Kalendario</td><td>Ut in Kalend.</td><td rowspan="7">Ut in Kalendario et sub unica conclusione cum Oratione Missae dicit. Oratio pro Sponsis</td><td colspan="3">Ut in Kalendario</td><td rowspan="11">S. Ioannis (excepta III. Missa Nativitatis Domini et Missa — privata Dominicae II. Pass.).</td></tr>
<tr><td>In Duplicibus I et II cl.</td><td>Dicitur</td><td colspan="2">Ut in Kalend.</td><td>Ite, Mis. est</td></tr>
<tr><td>In Vigil. Nativ. et Pentec.</td><td>Ut in Kalend.</td><td>Omitt.</td><td rowspan="4">Ut in Kalendario</td><td>Ut in Kalend.</td></tr>
<tr><td>Infra Oct. Pasch. et Pent.</td><td>Dicitur</td><td>Dicitur</td><td>Ite, Mis. est</td></tr>
<tr><td>In Feriis privilegiatis</td><td rowspan="2">Omittitur</td><td>Omitt.</td><td>Ben. Dom.</td></tr>
<tr><td>Diebus Rogat., si fiat Process. in Eccl. un. Miss. tant. habente</td><td>Omitt.</td><td>Ben. Dom.</td></tr>
<tr><td>Urgente onere Missae convent.</td><td>Ut in Kalend.</td><td colspan="3">Ut in Kalendario</td></tr>
<tr><td>In Fest. infr. Oct. Nativ.</td><td rowspan="4">albus</td><td rowspan="4">Omittitur</td><td rowspan="4">pro Sponsa et Sponsa</td><td>2. de Off. curr., 3. de Oct. (OC)</td><td rowspan="4">Omittitur</td><td rowspan="4">De Tempore, secus Communis</td><td rowspan="4">Benedicamus Domino</td></tr>
<tr><td>In Dupl. mai. et min.</td><td>2. de Off. curr., 3. de Simpl. (OC)</td></tr>
<tr><td>In Fer. Advent., Quadr. (acced. licent. Ordin.) et Quat. Temp.</td><td>2. de Fer.</td></tr>
<tr><td>In Fest. simpl. et Fer. comm.</td><td>2. de Off. curr., vel de Dom. praec.</td></tr>
</table>

NOTA I. — In die Commen. Omn. Fidel. Defunct. —prohib. Missa, Commen. et Bened.

Nota II. Benedictio nuptialis consistit in Orationibus, quae habentur in Missali: **Propitiare, Domine,** etc. et **Deus, qui potestate,** etc., dicendis ante **Libera nos,** etc., **necnon Deus Abraham,** etc., dicenda ante benedictionem (S. R. C. 3 Maii 1898 ad 3). — Benedictio nuptialis numquam dari potest extra Missam, si tum Missa pro Sponsis tum ejus Com., indeque Benedictio locum habere nequeat, si Sponsi non sint praesentes, vel si uterque aut saltem mulier alias Benedictionem acceperit. — Quod si nuptiae tempore clauso contractae fuerint, non concessa a loci Ordinario venia Bened. nuptiar., Missa cum prop. Bened. differtur ad diem in qua, extra tempus clausum, Missa pro Sponsis vel ejus Com. permittitur. — **Addit. et Variat, tit. II n.2.**

TABULA DE MISSIS DEFUNCTORUM

C = conceditur P = prohibetur	Missae cantatae			In Sacellis sepulcreti sive cant. sive lectae	Missae lectae	
	Exsequialis (pro pauperibus etiam lecta)	Die 3, 7, 30: in anniv. sive stricte sive late sump: in Octiduo OO. Fid Def.: opp. d. post nunt. et in tran. cad.	Quotidianae		Occas. funer. exseq. Die 3, 7, 30: in anniv. stricte sumpto et opportun. d. post nunt. obitus unica Missa.	Quotidianae
Temp. solemn. Exposit. Smi Sacr.	P	P	P	P	P	P
Urg. onere Missae Convent. vel Parochialis	P	P	P	P	P	P
Dominicis 1 cl. Ult. Tridno Hebd. S. — Fest. Pasch. et Pent.	P	P	P	P	P	P
Festis Nativ., Epiph. et Ascens. Dni, SS. Trinitatis	P	P	P	P	P	P
SS. Corp. Chr. — S. Cordis I. — D. N. I. Christi Regis.	P	P	P	P	P	P
Immac. Concept. — Annunt. et Assumpt. B. M. V.	P	P	P	P	P	P
Dedic. S. Michaelis Arch. — S. Ioseph. (19 mart.)	P	P	P	P	P	P
Nativ. S. Ioannis Bapt.	P[1]	P	P	P	P	P
SS. Petri et Pauli — Omnium Sanct.	P	P	P	P	P	P
Dedic. et Titul. Eccl. propr. — Patroni princip. loci	P[1]	P	P	P	P	P
Titul. et S. Fundat. Ordinis seu Congregationis	P[1]	P	P	P	P	P
Commem. OO. Fidelium Defunctorum	C[2]	P	P	P	P	P
Die 2 Febr. — Fer. IV Ciner. — Dom. II. Pass.	C[3]	P	P	P	P	P
Litan. maior. — Vigilia Pentecostes	C[3]	P	P	P	P	P
Litan. minor.	C[3]	C[3]	C[3]	C[3]	C[3]	P[4]
In Dominicis et Festis de praecepto, etiam suppressis	C	P	P	P	P	P
Vigil. et Octav. Nativit.	C	P	P	P	P	P

TABULA DE MISSIS DEFUNCTORUM

C = conceditur

P = prohibetur

	Missae cantatae				Missae lectae	
	Exsequialis (pro pauperibus etiam lecta)	Die 3, 7, 30: in anniv. sive stricte sive late sump: in Octiduo OO. Fid Def.: opp. d. post nunt. et in tran. cad.	Quotidianae	In Sacellis sepulcreti sive cant. sive lectae	Occas. funer. exseq. Die 3, 7, 30: in anniv. stricte sumpto et opportun. d. post nunt. obitus unica Missa.	Quotidianae
Fer. II, III et IV Maior. Hebdomadae	C	P	P	P	P	P
Infr. Oct. Pasch. et Pent. (et. Fer. II et III)	C	P	P	P	P	P
Reliquis Duplicibus I et II classis	C	P	P	P	P	P
Duplicibus maioribus et minoribus	C	C	P	C	C	P
Feriis Quadragesimae et Hebdomadae Passionis	C	C	C	C	C	P[5]
Feriis Quat. Tempor. — et Antiph. maior.	C	C	C	C	C	P
Diebus Vigiliis commun.	C	C	C	C	C	P
Festis Simplic.	C	C	C	C	C	C
Fer. 6 post Octav. Ascension.	C	C	C	C	C	C
Fer. Advent. et Fer. commun.	C	C	C	C	C	C

1. Si Solemnitas huius Festi transfer. in Dom. prox. seq., Missa exseg. permitt. in Festo, et prohib. in Dominica.

2. Dicitur tamen una ex Mis. de die cum com. Missae exseq. sub una conclusione.

3. Prohibetur vero in Eccl. unam tantum Missam habent., si respective fiat Bened. Candel., Ciner., Palmar., aut Fontis baptismal., vel Processio.

4 Permittitur tamen in Fer. 3. Rogat. in Eccl. plures Miss. habent., et etiam in Eccl. unam tt. Miss. hab., si non fiat Processio.

5. Permittitur tamen prima die cuiusq. hebdomadae libera iuxta Kalendarium Ecclesiae in qua Missa celebratur.

OFFICIUM ORDINARIUM

dicendum in festis duplicibus quando adnotatur: „Off Ord"

Ad Matutinum — Invitatorium et Hymnus — de festo (in Propr. vel de Comm.).
Antiph., Psalm. et v. Nocturnor. — de feria.
Lectiones et Responsoria 1. Nocturni — de tempore occur.
Lectiones et Responsoria 2. et 3. Nocturni — de festo vel de Communi.

Ad Laudes et Vesperas — Antiphonae et Psalmi — de feria 1. loco.
Capitulum et reliqua usque ad finem — de festo (in Propr. vel de Comm.), oratio — de festo (in Propr.).

Ad Primam — Antiphona cum Psalmis — de feria.
Lectio brevis — de festo.
Reliqua omnia ut in Ordinario.

Ad Tertiam, Sextam, et Nonam — Hymnus in Ordinario.
Antiphona cum Psalmis — de feria.
Capitulum et reliqua — de festo.
Ad Completorium — Antiphona cum suis psalmis — de feria in Psalt.
Reliqua omnia, in Ordinario.

Secundum Decr. S. R. C. 12 Maii 1905 n. 4158 ad I et ad III licet cuicumque officium diurnum iam hora 2 post meridiem privatim anticipare. — Qui partes habent. „Unionis Cleri pro Missionibus" privilegio anticipandi Off. Div. iam a meridie gaudent, scil. absoluto antea Officio diei praeced.

ORATIO IMPERATA

pro re non gravi

pro A. D. 1960.

Pro Seipso Sacerdote (20 inter diversas), sed sabbato — BMV Reginae Poloniae.

A die vero 1 Iunii usque ad diem 30 Septembris urgente necessitate et iuxta arbitrium Rectoris Ecclesiae, loco Orationis imperatae „pro Seipso Sacerdote" vel „B. Mariae Virg., Reginae Poloniae" dici potest Oratio aut „ad petendam pluviam" (16 i. d.) aut „ad postulandam serenitatem" (17 i. d.).

I Collectae a loci Ordinario imperatae **pro re non gravi,** prohibentur:

1⁰ in Dominicis omnibus;

2⁰ in duplicibus I et II classis;

3⁰ in vigiliis Nativitatis et Pentecostes;

4⁰ feria IV Cinerum, feriis II, III et IV Maioris Hebdomadae;

5⁰ infra octavas Nativitatis Domini, Paschatis et Pentecostes.

6⁰ in Missis votivis cantatis pro re gravi vel celebratis ad instar earumdem Missarum pro re gravi;

7⁰ quoties in Missa, iuxta rubricas, iam tres orationes dictae sint;

8⁰ si collectae imperatae sint **pro defunctis,** prohibentur in omnibus Missis, quae de officio duplici aut cum eius commemoratione celebrantur, in Missis festorum simplicium et ferialibus tempore Paschali, atque in Missis de requie unam tantum orationem admittentibus.

II Collectae a loci Ordinario simpliciter imperatae **pro re gravi** omittuntur tantum:

1⁰ in duplicibus I classis;

2⁰ in Dominica II. Pass. seu in Palmis;

3⁰ in vigiliis Nativitatis et Pentecostes.

III Collectae a loci Ordinario imperatae **pro re gravi etiam in duplicibus I classis,** omittuntur tantum:

1° in festis Nativitatis Domini, Epiphaniae, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes (non autem feria II et III Paschatis et Pentecostes), SSmae Trinitatis, Ssmi Corporis Christi, Ssmi Cordis Iesu et DNIC Regis;

2° ultimo triduo Maioris Hebdomadae.

Nota. — Collectae a loci Ordinario imperatae numquam plures sint quam duae, neque ponantur sub unica conclusione cum oratione Missae, sed dicantur **ultimo** loco post orationes a rubricis praescriptas.

DE USU NOVI PSALTERII

Advertenda pro iis, qui utuntur nova editione Psalterii iuxta SS. D.N. Pii Papae XII Litteras Apostolicas Motu proprio datas **In cotidianis precibus** diei 24 Martii 1945 et S.R.C. Decretum diei 29 Iunii 1945.

Quando in hoc Kalendario post indicationem festi additur **Officium festivum;** Ad Prim. psalmi **Deus in nomine tuo; Beati; Bene fac** et sic dicentur, quando indic. in Kalend. **ad Prim.** vel ad hor. **Psalmi ut in festis.**

In Epiphania Domini in 3 N Ant et Ps **Venite,** omisso Ps **Fundationem.** In Commemoratione Baptismatis DNIC in 3 N dicitur Ant. **Homo** *et* Ps **Fundatoinem,** omisso Ps **Venite.**

In Dominicis Septuagesimae, Sexagesimae et Quinquagesimae, dicitur Invit. **Accedamus.**

A Septuagesima usque ad Dominicam Palmarum inclusive in Officio dominicali ad Primam dicuntur Pss. **Dominus regnat, Exsultate, Beati, Bene fac.**

Tempore Passionis a Dominica Passionis usque ad Feriam 4. Maioris Hebdomadae inclusive tam in dominicali quam in feriali Officio dicitur Invit. **Utinam hodie.**

Dominica in Albis ad Primam dicuntur Pss. **Gratias agite, Beati, Bene fac.**

In Officio de S. Maria in Sabbato a Sabbato post Purificationem usque ad Sabbatum ante Quinquagesimam et a Sabbato post Festum sacratissimi Cordis Iesu usque ad Sabbatum ante Dominicam I Adventus inclusive ad Bened. dicitur Ant. Beata Dei Genitrix.

ORDO ADORATIONIS PERPETUAE SS. SACRAMENTI

anno 1960 in archidioecesi observandus

Ianuarius. 1. Raczkowo. 2. Duszno. 3. Gębice. 4. Gniezno, Kł św. Michała, 5. Kamieniec. 6. Szydłowo. 7. Kwieciszewo. 8. Linowiec. 9. Ostrowite Prymasowskie. 10. Strzyżewo Kościelne. 11. Orchowo. 12. Kruchowo. 13. Wylatowo. 14. Bydgoszcz, Fara. 15. Dąbrówka Nowa, pow. Bydgoszcz. 16. Łąsko Wielkie. 17. Mąkowarsko. 18. Ślesin. 19. Wąwelno. 20. Gniezno, Kł garnizonowy. 21. Brudnia. 22. Chlewiska. 23. Gniewkowo, Fara. 24. Otłoczyn (Kł pomocniczy). 25. Grabie. 26. Murzynno. 27. Ostrowo pod Gniewkowem. 28. Parchanie. 29. Płonkowo-Rojewo. 30. Toruń-Podgórz. 31. Solec.

Februarius. 1. Szadłowice. 2. Dźwierzchno. 3. Jaksice. 4. Fanianowo (Kpl pbl.). 5. Kościelec Kujawski. 6. Lisewo Kościelne. 7. Liszkowo. 8. Łabiszyn. 9. Orłowo. 10. Pęchowo. 11. Tuczno. 12. Brzyskorzystew. 13. Chojna. 14. Chomętowo. 15. Gołańcz. 16. Jaktorowo. 17. Kcynia, Kł św. Michała. 18. Rynarzewo. 19. Samoklęski. 20. Słupy. 21. Smogulec. 22. Szaradowo. 23. Szubin. 24. Góra pod Inowrocławiem. 25. Biechowo. 26. Bieganowo. 27. Czeszewo (dek. miłosł.). 28. Bydgoszcz, Kł NSPJ. 29. Gozdowo.

Martius. 1. Kaczanowo. 2. Chełmce. 3. Kościeszki. 4. Kruszwica. 5. Ostrowo nad Gopłem. 6. Ostrowo pod Strzelnem. 7. Piaski. 8. Polanowice. 9. Rzadkwin.

10. Siedlimowo. 11. Sławsk Wielki. 12. Stodoły. 13. Wójcin. 14. Czeszewo (dek. kcyński). 15. Dziewierzewo. 16. Grylewo. 17. Łekno. 18. Żerniki. 19. Kozielsko. 20. Niemczyn. 21. Panigródz. 22. Srebrnagóra. 23. Wągrowiec, Kł św. Jakuba. 24. Bydgoszcz, Kł NMP. Nieustającej Pom. (Szwederowo). 25. Krostkowo. 26. Miasteczko. 27. Górka Klasztorna (pod Łobżenicą). 28. Golina. 29. Złotniki Kujawskie. 30. Sławoszew. 31. Wilkowyja.

Aprilis. 1. Zabartowo. 2. Żoń. 3. Bydgoszcz, Kł Najśw. Zbawiciela (Wilczak). 4. Dźwierszno Wielkie. 5. Gromadno. 6. Łobżenica. 7. Mrocza. 8. Nakło n. Not., Kł św. Wawrzyńca. 9. Sadki. 10. Śmiłowo. 11. Gołuchów. 12. Wyrzysk. 13. Jarocin, Kł Chrystusa Króla. 14. Lutynia. 15. Runowo Kraińskie. 16. Morzewo. 17. Pogorzelica. 18. Pieranie. 19. Bydgoszcz, Kł św. Antoniego (Czyżkówko). 20. Wierzchucin Król. 21. Witaszyce. 22. Żerków. 23. Kołaczkowo. 24. Nowawieś Król. 25. Winnagóra. 26. Broniszewice. 27. Brzezie. 28. Dębowo. 29. Glesno. 30. Kosztowo.

Maius. 1. Czermin. 2. Grodzisko. 3. Jedlec. 4. Karmin. 5. Koryta. 6. Kotlin. 7. Kowalew. 8. Kretków. 9. Kuczków. 10. Lenartowice. 11. Magnuszewice. 12. Łubowo. 13. Pleszew, Kł św. Floriana. 14. Sośnica. 15. Strzydzewiec. 16. Sowina. 17. Szemborowo. 18. Kłecko. 19. Graboszewo. 20. Mielżyn. 21. Ostrowo Kościelne. 22. Powidz. 23. Skarboszewo. 24. Staw. 25. Strzałkowo. 26. Słaboszewo. 27. Kierzkowo. 28. Gorzyce. 29. Gościeszyn. 30. Juńcewo. 31. Lubcz.

Iunius. 1. Niestronno. 2. Palędzie Kościelne. 3. Rogowo. 4. Inowrocław, Kł Zwiast. NMP. 5. Bydgoszcz, Kł NSPJ. 6. Pakość n. Not. 7. Barcin. 8. Chomiąża Szlach. 9. Gąsawa. 10. Góra pod Żninem. 11. Ludzisko. 12. Mogilno, Kł św. Jakuba. 13. Ostrowo pod Janikowem. 14. Parlin. 15. Markowice. 16. Strzelce. 17. Szczepanowo. 18. Trląg. 19. Wenecja. 20. Żnin. 21. Trzemeszno. 22. Pawłowo. 23. Sokolniki (dek. miłosł.). 24. Orle.

25. Inowrocław-Mątwy. 26. Wronowy. 27. Popowo-Ignacewo. 28. Osiek. 29. Białośliwie. 30. Wieczynek.

Iulius. 1. Bądecz. 2. Sipiory. 3. Glinno Wielkie-Rojewice. 4. Ryszewko. 5. Bardo. 6. Brzóstków. 7. Brzoza-Przyłęki. 8. Bydgoszcz, Kł św. Trójcy. 9. Bydgoszcz, Kł Wniebowzięcia NMP. (Klaryski). 10. Ciele. 11. Łochowo. 12. Janowiec. 13. Samsieczno. 14. Broniszewice Nowe. 15. Racendowo (Kł pomocn.). 16. Dąbrówka Biskupia (Kł pomocn.). 17. Cierpice. 18. Gąski (Kł pomocn.). 19. Płątnowo (Kł pomocn.). 20. Łabiszyn, Kł NMP. 21. Dąbrówka Wielka. 22. Budziejewko. 23. Skórki (Kł pomocn.). 24. Sicinek (Kł pomocn.). 25. Goła-szewo (Kł pomocn.). 26. Jarocin, Kpl. pbl. w klaszt. OO. Franciszkanów. 27. Jabłonowo (Kł pomocn.). 28. Pobórka W. (Kpl. pbl. par. Białośliwie). 29. Kcynia, Kł Wniebowzięcia NMP. (pomocn.). 30. Kowalewko, (Kł pomocn.). 31. Bydgoszcz, Kł św. Andrzeja Boboli (Pl. Kościeleckich).

Augustus. 1. Bydgoszcz, Kł św. Ap. Piotra i Pawła. 2. Gniezno, Kł OO. Franciszkanów. 3. Dąbrowa, (Kł pomocn.). 4. Mieczkowo, (Kł pomocn.). 5. Kaczory. 6. Wągrowiec, Kł Wniebowzięcia NMP. 7. Jeziora Wielkie, (Kł pomocn.). 8. Strzelno, Kł św. Trójcy. 9. Tarnowo. 10. Kamienica, (Kł pomocn.). 11. Drzewianowo, (Kł pomocn.). 12. Dębno, Kpl. pbl. par. Fanianowo. 13. Gniezno, Kł św. Jerzego. 14. Toruń-Rudak. 15. Brześć. 16. Węgierki, (Kł pomocn.). 17. Grabowo Król. 18. Miłosław. 19. Zieleniec. 20. Dziembowo (Kł pomocn.). 21. Sosna (Kł pomocn.). 22. Żegocin. 23. Rzadkowo. 24. Lipia Góra (Kł pomocn.). 25. Tursko. 26. Lednogóra (Kł pomocn.). 27. Jabłówko (Kł pomocn.). 28. Pobiedziska, Kł św. Ducha. 29. Sławno 30. Jerzykowo. 31. Sarbia (Kł pomocn.).

September. 1. Gniezno, Fara. 2. Nowawieś Wielka. 3. Bydgoszcz, Kł św. Józefa. 4. Czewujewo (Kł pomocn.). 5. Orchowo, Kł Niep. Serca NMP. (pomocn.). 6. Jastrzębowo (Kł pomocn.). 7. Witkowo. 8. Rynarzewo. 9. Cerekwica. 10. Września, Kł św. Ducha (pomocn.).

11. Kołodziejewo (Kł pomocn.). 12 Mogilno, Kł św. Jana Ap. 13. Ostrowce, Kł św. Krzyża (pomocn.). 14. Inowrocław, Kł św. Krzyża. 15. Żnin, Kł NMP. Król. Polski. 16. Łobżenica (Kł pomocn.). 17. Mała Nieszawka, (Kpl. pbl.). 18. Bydgoszcz, Kł św. Jerzego (garniz.). 19. Gniezno, Kł św. Michała. 20. Bydgoszcz, Kł NMP. Nieust. Pom. (Szwederowo). 21. Bydgoszcz, Kł św. Wincentego a Paulo (Bielawki). 22. Sitowiec, (Kpl. pbl.). 23. Czermin. 24. Polska Wieś, Kpl. pbl. w Domu Sióstr NSPJ. (Sacré Coeur). 25. Osowiec, (Kpl. pbl.). 26. Gniewkowo (Kł pomocn.). 27. Murzynno. 28. Solec (Kł pomocn.). 29. Toruń-Podgórz. 30. Waliszewo.

October. 1. Wszembórz. 2. Bydgoszcz, Kł św. Stanisława bpa (Siernieczek). 3. Kruszwica, Kł św. Teresy. 4. Pakość, Kalwaria OO. Franciszkanów. 5. Twardów. 6. Brudzewo. 7. Kościelec. 8. Łabiszyn. 9. Siedlemin. 10. Jarocin, Kł św. Marcina. 11. Witaszyce. 12. Żerków. 13. Inowrocław, Kł św. Mikołaja. 14. Bługowo. 15. Sobiejuchy (Kpl. pbl.). 16. Bydgoszcz, ul. Fordońska: Kpl. NMP. Król. Polski. 17. Bydgoszcz, Kł św. Ducha. 18. Janikowo pod Inowrocławiem. 19. Grabówno. 20. Skarboszewo (Kpl. pbl.). 21. Dziewierzewo. 22. Świątkowo. 23. Srebrnagóra. 24. Grodzisko n. Prosną. 25. Łopienno. 26. Dźwierszno. 27. Gromadno. 28. Górka Klasztorna pod Łobżenicą. 29. Sokolniki (dek. miłosł.). 30. Ciężkowo (Kł pmocn.). 31. Białośliwie.

November. 1. Bydgoszcz, Kł Najśw. Zbawiciela (Wilczak). 2. Gniezno, Kł św Piotra i Pawła. 3. Nakło n. Not., Kł św. Stanisława bpa. 4. Strzelno. 5. Inowrocław-Szymborze. 6. Wszedzień, Kł św. Andrzeja Boboli (pomocn.). 7. Szydłowiec (Kł pomocn.). 8. Suchary, Kpl. Księży Palottynów. 9. Glesno. 10. Sadki. 11. Wyrzysk. 12. Wysoka. 13. Gniezno, Kpl. Arcyb. Seminarium Duch. 14. Pleszew, Kł Ścięcia św. Jana. 15. Tursko. 16. Powidz. 17. Strzałkowo. 18. Gościeszyn. 19. Rogowo. 20. Gębice. 21. Barcin. 22. Gąsawa. 23. Trzemeszno. 24. Orzechowo, Kpl. pbl. par. Czeszewo (dek. miłosł.). 25. Bydgoszcz, Kł św. Wojciecha. 26. Inowro-

cław, Kł św. Barbary i Maurycego (garniz.). 27. Smogulec. 28. Szubin, Kł św. Marcina. 29. Kruszwica, Kł św. Piotra i Pawła. 30. Wągrowiec, Kł poklaszt. (pomocn.).

December. 1. Gniezno, Kł św. Wawrzyńca. 2. Czerniejewo. 3. Bydgoszcz, Kł św. Antoniego Pad. 4. Dziekanowice. 5. Grzybowo. 6. Jarząbkowo. 7. Imielno. 8. Kędzierzyn. 9. Kiszkowo et Bydgoszcz, Kł Niep. Pocz. NMP (Jachcice). 10. Marzenin. 11. Niechanowo. 12. Pobiedziska. 13. Węglewo. 14. Dąbrówka Kościelna. 15. Wronczyn. 16. Września. 17. Żydowo. 18. Dębnica. 19. Jabłkowo. 20. Janowiec. 21. Kłecko. 22. Kołdrąb. 23. Łagiewniki. 24. Bydgoszcz, Kpl. w klaszt. Sióstr Franciszkanek od Najśw. Sakramentu. 25. Mieścisko. 26. Modliszewko. 27. Podlesie Kościelne. 28. Pomorzany. 29. Popowo Kość. 30. Sokolniki (dek. kłecki). 31. Damasławek.

EXPLICATIO SIGNORUM

in margine kalendarii:

† — Festum de praecepto cum oblig. aplicandi Miss. pro fidel.
+ — Festum supressum cum obligatione ut supra.
Vot. — Permittuntur Missae votivae lectae
Def. — Permittuntur Missae quotidianae Defuncto- — rum lectae.
OC — Omittuntur collectae imperatae pro re non gravi.
* — Ad nomen Sancti inclinetur caput in Ca- — none Missae.
C. Th. — In Basilica Primat. concionabit Ill-mus — D. Can. Theologus.

EXPLICATIO ABBREVIATIONUM

in kalendario:

Abb, AbbED — Abbas, Abbas, Eclesiae Doctor
Ant — Antiphona, ae
Ap, App — Apostolus, i
Ben. Dom. — Benedicamus Domino.
C, CC, CED — Confessor, Confessores, Confessor Ecclesiae Doctor
DGRS — Decretum Gen. SRC de Rubricis ad simplic. formam redigend.
dox — doxologia
dx, dxm — duplex, duplex maius.
E, EE, — Episcopus, i
EC, EECC — Episcopus(i) Confessor(es)
ECED — Episcopus Confessor Ecclesiae Doctor
EM, EEMM — Episcopus(i) Martyr(es)
L, LL — Lectio, nes.
LL 1 N, 2 N, 3 N, — Lectiones primi (secundi, tertii) Nocturni

Ld	— Laudes
M, MM	— Martyr, es
Mat	— Matutinum
Miss	— Missa, ae
N, NN	— Nocturnus, i
occ	— occurrens
Off	— Officium.
OHS	— Ordo Hebdomadae Sanctae instaur.
ord	— ordinarius, a, um
P, PP	— Papa, ae
PC, PPCC	— Papa(ae) Confessor(es)
PCED,	— Papa Confessor Ecclesiae Doctor
PM, PPMM	— Papa(ae) Martyr(es)
Pf	— Praefatio
P F	— Preces feriales
pr	— proprius, a, um
Presb, PresbM	— Presbyter, Presbyter Martyr
priv	— privatus, a, um
Ps, Pss	— Psalmus, i
R, RR	— Responsorium, a
Reg, RegC RegM	— Regis, Regis Confessoris, Regis Martyris
RegVid	— Reginae Viduae
rom	— romanus, a, um
Scr	— Scriptura
simpl	— simplex
UE	— Ultimum Evangelium
ult	— ultimus, a, um
v.	— versiculus
V, VV	— Virgo, ines
VM, VVMM	— Virgo(ines) Martyr(es)
Vid	— Vidua
Vig	— Vigilia

VARIATIONES IN RECITATIONE BREVIARII

De initio Horarum

(DGRS, tit. IV, a, b)

Horae canonicae, tam in publica quam in privata recitatione, omissis Pater, Ave et respective Credo, inchoantur absolute hoc modo:

Matutinum: a versu Domine, labia mea aperies.

Laudes, Horae minores et Vesperae: a versu Deus, in adiutorium.

Completorium: a versu Iube, domne, benedicere.

De fine Horarum

Item Horae canonicae absolvuntur hoc modo:

Matutinum (in recitatione privata), Laudes, Tertia, Sexta, Nona et Vesperae: versu Fidelium animae.

Prima: benedictione Dominus nos benedicat.

Completorium: benedictione Benedicat et custodiat.

De conclusione Officii

Cursus cotidianus divini officii concluditur post Completorium, sueta antiphona BMV., cum versiculo Divinum auxilium.

De indulto et indulgentiis

Indultum et indulgentiae, pro recitatione orationis Sacrosanctae concessa, eidem antiphonae finali adnectuntur.



IN NOMINE DOMINI

I A N U A R I U S

1. † Alb. Fer 6. **CIRCUMCISIO DOMINI et Octava Nativitatis,** dx 2cl — Off fest in pr — Ad Ld et ad Hor (ad Prim Pss ut in festis, v. Q u i n a t u s) Ant pr, Pss de Dom, dox I e s u t i b i... Q u i n a t u s.
OC MISSA pr, Cr, Pf et C o m m u n Nativ. In 2 Vp (in pr) nulla com — Compl Dom.

Hodie prohib. Miss. Defunct. excepta exseq. itemque prohib. tum Miss votiv Ssmi Cordis Iesu tum eius commemoratio.

Hodie abstinentiae lex non obligat.

A die 2 Ianuarii usque ad Nonam diei 5 eiusdem mensis conclusio hymnorum, versus ad Primam in Resp. brevi et Pf (sine C o m m u n i c a n t e s) dicuntur ut in Nativitate D., nisi habeantur propria.

Cras ubi peculiaria exercitia devotionis erga Immac. Cor B M V mane peraguntur, pro Missa votiv eiusdem Immac. Cordis dicitur MISSA de S Maria in Sabbato V u l t u m t u u m (alb), Gl, unica or, Cr, (in Missa cant solummodo), Pf B M V E t t e i n V e n e r a t i o n e.

2. Alb. Sabb. De S. Maria in Sabbato, simpl — Off in Psalt et in pr — Ad Mat un Noct Abs et Ben pr, LL Iustificati cum suis RR, L 3 De via, Te Deum — Ad Ld Ant ad Bened Mirabile, or Deus, qui salutis — Ad Hor dox Iesu tibi..., ad Prim v Qui natus. MISSA Vultum tuum, Gl, Pf BMV Et te in Veneratione.
Vp (dx) de seq Off fest in pr, sine com — Compl Dom.

In Martyr. 1. loco: Festum Ssmi Nominis Iesu.

3. † Alb. DOM. (vacat) — **SSMI NOMINIS IESU,** dx 2cl — Off fest in pr ad Mat et ad Ld (Pss de Dom) — Ad Hor Ant et Pss (etiam ad Prim, v. Qui natus) de Dom, rel. ut in pr.
OC MISSA pr, Cr, Pf Nativ.
In 2 Vp (in pr) nulla com.

Omnibus Dominicis per annum ante Missam convent. fit aspersio aquae benedictae per Celebr. (non per alium) cum Ant. Asperges me (extra Temp Pasch); ante vero Miss Parochial vel lect fieri potest.
Hodie prohib. Miss lecta tam votiv quam quotid Defunct. (etiam convent.).

4. Alb. Fer 2. De ea, simpl — Off fer — Mat un Noct (Invit et Hymn ut in die Circumcis.) ut in Psalt, LL Nocturni de Scr occ An ignoratis sum suis RR,

Te Deum — Ad Ld et ad Hor Ant et Pss de fer curr., a cap. ut in festo Circumcis D. — Ad Prim cap Regi, v. Qui natus.
MISSA ut in die Circumcis D., Gl, sine Cr, Pf Nativ., Ite, Missa est.
Vp fer (Ant et Pss ut in Psalt fer curr.), a cap ut in 2 Vp festi Circumcis D. — Compl fer.

5. Alb. Fer 3. De ea, simpl — Off fer — Mat un Noct ut Fer 2. praec. — LL Nocturni Nihil ergo cum suis RR, Te Deum — Ad Ld com S Telesphori PM (or Gregem) — Ad Prim cap Regi, v. Qui natus.
MISSA ut in die Circumcis D., Gl, 2 or S. Telesphori PM (Gregem), sine Cr, Pf Nativ., Ite, Missa est.
Vel MISSA de S. Telesphoro PM (rub) Si diligis me, 2 or fer (ut die 1 Ian), Pf. Nativ.
Vp. (dx) de seq Off fest in pr, sine com — Compl Dom. (dox Iesu tibi... Qui apparuisti).

6. † Alb. Fer 4. **EPIPHANIA Domini**, dx 1cl — Off fest in pr — Ad Mat omissis v. Domine, labia mea, Invitatorio cum Ps Venite et Hymno incipit. absolute per Ant Afferte, et in 3 N Ant et Ps Venite, omisso Ps Fundamenta,

1 R H o d i e — Ad Ld et ad Hor Ant pr, Pss de Dom. (ad Prim tamen ut in festis, v. Q u i a p p a r u i s t i).

OC MISSA pr, Cr, Pf et C o m m u n pr.
In 2 Vp (in pr), nulla com — Compl Dom.

Hodie bened. auri, thuris, myrrhae et cretae sec. Rituale, pag. 743 — 745.
